

est momenti, ut nequid nullo modo debeat, officii mei ra-  
tio postulat, ut reverentia vestra iterum aurem velle-  
m, et flagitem, ut opus hoc semel receptum serio urgea-  
tur. Cum primum accideret, ut ipse cognoscam, quid Seniori,  
Auctori Exhortationis, quam de voluntate et appro-  
batione huius Synodorum Polonicarum composuit,  
respondeam: ne boni illi viri arbitrentur, forte la-  
bores suos, sollicitudine magis, apud nos exiguum haberi  
pendi, parumque nobis cura subeundi esse contritione  
Josephi. Iudicio igitur Auctori mittendum esse exer-  
cium Exhortationis cum Censura Facultatis: qua  
accepta ipse scripto suo novam limam addiderit,  
et tum, nisi aliter visum sit, delictur Serenissi-  
mo Electori Brandenburgico: cuius celsitudo dubio  
procul Christianum hoc negotium pio studio non  
minus, quam nos, promovere dignabitur. Vale Sere-  
nissime Princeps. Heidelbergae Anno 1611. die 18.  
April.

Celsit. vestra  
Obedientissimus  
David Pareus D.

120.  
Senioribusque utriusque coetus Evangelici  
in urbe Cracoviensi deputatis

Nomine Illustrißim. Principis Electo-  
ralis Palatinatus Administratoris.

Posteaquam inde ab ingressu Electoralis nostrae  
Administrationis motis omnibus et curis  
sumus, ut quae tum ad Reipublicae prosperita-  
tem tuendam arguerentur, tum vero ad Ec-  
clesiae tranquillitatem servandam conservandamque  
pertinerent, omni officio atque studio pro vi-  
vili nostra promove remus. Benevolentiam  
magis Reverendi viri, vos ante hoc tempus  
libro Exhortationis ad omnes Evangelicarum  
Eclesiarum Praesides directo, de singularibus

ad dilectum nostrum Aquatum laetissimae memoriae  
 lectorem Palatinum transmissis, hoc graviter egerit  
 a intestina debilitate, quibus ecclesiae & sermone Papatus,  
 reprobata gravi cum exterorum scandalo, Pontificii re-  
 gni in rebus, utriusque Evangelicae doctrinae reprobata  
 fione longis iam tempore in Germania nostra direxerunt,  
 vestris exemplo, vestris, hortatione et operam mi-  
 nuerunt, et si fieri possit, penitus tandem sopiantur.  
 Studium enim hoc vestrum, cum et quum sit, et ecclesiae per-  
 necessarium; Nobis non potuit non vehementer pro-  
 bari. At quidem praedictus noster Aquatus lector, felicis  
 recordationis, pro singulari sub celo, quo gloriam Dei  
 et pacem ecclesiae promovendam cupiebat, exhortatione  
 vestram, ubi voluistis, non solum Facultati Theolo-  
 gicae Academiae Palatinae illius censuram delectare, sed  
 etiam quod commodis ad externos Reges, Principes et  
 ecclesias indicanda transmittere, in aliquot exem-  
 plaria secretis excedenda hujus curaverat. Verum ut  
 sunt humanae, tam salutariae instituta innumera  
 subinde impedimenta Reipub. Imperii perturbata,  
 fieres temeritate fuerunt, tandemque praematura mor-  
 talitate sua intercepit. Ne veri nos caecitas  
 tam sanctis, tamque necessario nostris locis deesse  
 videremur, quae in illo gesta haecque essent diligenter  
 recognoscenda curavimus, insuper etiam praedictae Fa-  
 cultati Theologicae, nec non Senatui nostro Ec-  
 clesiastico exhortationem de novo legenti, et si qua  
 forte ad scopum minus commode scripta viderentur,  
 diligenter annotandi negotium deprimis. Cumque non  
 satis intelligeremus, Authorem ipsum cupere Exhor-  
 tationem simplicem atque auctiorem reddere, in  
 eum finem exemplum libri hujus exausum cum  
 cum notis nostrorum vobis secretis communican-  
 dum esse duximus, ut ubi deus voluerit, quae  
 vobis de se hoc potest, adhibere possit, arbitrio vestro

exhortatio hae hujus  
 excusa e Franco,  
 facti anno 1618.  
 in officina jena  
 Kofe.

et ipsius liberum facientes, ad Nos, an ad alium Principem viciniorum scriptum recognitum remittere velitis. Utrumvis feceritis, vobis persuasissimum esse cupimus. Nos nostro loco in promovendo Concordia negotio ad summanam diligentiam nihil reliquum esse facturis. Deus O. M. labores vestros secundet, et Eclesiis vestris ac nostris tranquillitatem optatam ab ipso constantem clementer largiatur! Valete. Heidebergae 4 Septemb. 1681.

121.

Rudolpho Lavatero Goldastus S. P. D.  
Accipe iterum 21. folia, quibus proter profationem adhuc succedent folia quasi 40. sic scripta, ut vides, quae omnia hac hebdomade, Deo dante, absolvam. De Cottonianis valde dubito an ante nundinas responsum habere possim; feci tamen, quod petisti. Valde vereor, ne D. Bongarsius resciverit Cottoniana illa Argentina impressa abste reudi quando ceteros tractatus suppressit, ne ad nos perfringant. Memini ab illo improbari typographorum istas reimpressiones, quas vocant. Itaque excusatum me habebis, si illum non urgeo. Quid si ipse ab eo petas? Opinor non recusaturum. Vale 18. Februarij. 1681.  
Sic titulus Apologiarum non ad me mittitur?

in yppa & c.

Genere, Virtute et Eruditione Protestantissimo viro D. Joh. Rudolpho Lavatero, Dno et Populari meo amicissimo  
Panaw.

122.

Carissimo Davidi Pareo Petrus Titus, Eclesia Bethaniensis Pastor salutem.  
\*\*\* Valde mihi cura est universae patriae salus, et in ea, si non omnium, saltem praecipuarum Ecclesiarum sincerior et perfectior reformatio,  
J. S. C.